Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mittē binos ⁊ dabat illis potestatem spiritum ĩmundos.
Et precepit eis ne quid tollerent in uia · nisi uirgam tan-
tum · non panem · neque mazonam · sed calceatos sca-
dalis ⁊ ne induerentur duabus tunicis · Et dicebat eis ·
Quisquis intraueritis domum illic manete donec exea-
tis inde · Et quicumque non receperint uos · nec audierint
uos exeuntes inde excutite puluerem de pedibus uris ĩ
testimonium illis · Et exeuntes predicabant · ut penite-
tiam agerent · ⁊ demonia eiciebant · ⁊ ungebant oleo
multos egros ⁊ sanabant · In die sancto Iouis · Bene
dictus deus ⁊ pat · Euā Thomas unus · usq; Bti
qui non uiderunt · In uigilia apl'orū Sapientiae ·

Beatus uir qui inuentus est sine macula · ⁊ qui
post aurum non abiit · nec speranit in pecunie the-
sauris · Quis est hic · Et laudabimus eum ·
fecit enim mirabilia in uita sua · Quis probatus est in illo
⁊ perfectus inuentus est · Et erit illi gloria eterna · Qui po-
tuit transgredi ⁊ non est transgressus · facere mala ⁊ non fe-
cit · Ideo stabilita sunt bona illius in dno · ⁊ eleemosinas
illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum · Sc̃i Johis
Illo t. D. i. d. s. Ego sum uitis uos palmites ·
Qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructum multum ·
quia sine me nichil potestis facere · Si quis in me non
manserit · mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet · et col-
ligent eum ⁊ in ignem mittent ⁊ ardet · Si manseritis
in me ⁊ uerba mea in uobis mansuerint · quodcumque uolue-
ritis petetis ⁊ fiet uobis · In hoc clarificatus est pat meus ·
ut fructum plurimum afferatis · ⁊ efficiamini mei disci-
puli · Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi uos · Ma-